



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Petri Ribadeneiræ, Societatis Iesv Presbyteri, De
Tribulationibvs huius seculi Libri Duo**

**Ribadeneyra, Pedro de
Coloniae, 1604**

Capvt I. Quid sit tribulatio, & quomodo diuidatur in temporaneam &
æternam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50340](#)

R. P. PETRI
RIBADENEIRAE

SOCIETATISIESV,

DE TRIBULATIONE,

Liber Primus.

IN QVO DE TRIBULA-
tionibus particularibus, earundem-
que veris remedij agitur.

CAPVT I.

QVID SIT TRIBULATIONE, ET
quomodo diuidatur in temporaneam
& eternam.



VILIBET sensuum corporalium & potentiarum animæ nostræ delectatur in obiecto sibi proprio & proportionato, contristaturq; cū obuiam habet rem aliquam sibi cōtrariam & inconuenientem. Nam sicut oculus in rebus speciosis, auris in dulci harmonia Musice, gustus in delicatis pulmamentis, & in suauibus odoramentis odoratus

A natu-

2 DE TRIBULATIONE

naturaliter recreatur: ita contra quivis i-
storum sensuum displicentiam & dolo-
rem quedam percipit, quando hoc quod
præsentatur visui, est deforme, quod gu-
statur, male conditum, & odoratur ali-
quid fætidum & iniucundum. eadem pla-
ne ratio est sensuum, & potestatum reli-
quarum interiorum & exteriorum. Pœ-
na vel afflictio quam percipiunt ex obie-
cto sibi contrario, seu ex defectu vel de-
siderio istius quod foret ipsis proprium
& magis conueniens, propriè appellatur
Tribulatio, nomen d'eductum à latino
(Tribulus) quod est genus cardui, aliás
murex dictum. Deriuant aliqui nomen
Tribulationis ex latino (Tribula) quod
traham significat, instrumentum quo a-
griculæ vtuntur ad segregandum triticū
à palea. Quemadmodum enim traha pri-
mò spicas rumpit, deinde paleam sepa-
rat, ut granum purum & nitidum appare-
at: sic etiam tribulatio nos affligens &
cruiciās domat, humiliat, & separare gra-
num à palea, segregare preciosum à vili
docet, donatq; lumen ad cognoscendū
omne quod descēdit de cælo in terrā, o-
mne q̄ dicit ad Deū, vel abducit ab illo.

Sciendum igitur est, duo esse pœnaru
& tribulationū genera, quæ affixerūt &
affligunt Adami filios, post peccatum
primi

LIBER PRIMVS.

5

primi parētis; tēporale vnū, cessaturum
cū hac vita; æternale alterum duraturū,
cum ipso Deo. Vnde dicit Ecclesiasticus:
Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, pla-
ge illius non est sanitas.. propterea, quia
obligat ad pœnam temporaneam & æ-
ternam, neque sanari potest nostri, nec
yllis naturæ viribus, nisi Deus per meri-
ta pretiosi sanguinis dilectissimi fuij sui
Domini ac Redēptoris nostri succurrat.
Et paulò post: *Via peccantiū cōplātata lapi-*
dib⁹, & in fine illorū inferi, & tenebra, &
pæna. Dicendo namq; viam illorum sa-
xosam, ostendit in quantis pænis & ærū. Cap. I.
nis peccatores ambulent in hoc mundo,
adiungendo verò finem illos magente
esse infernū plenum pœnis ac tenebris,
docet tribulationes eorum non finiendas
cum hacyita. Alludit quoque ad hoc
Propheta Nahum, cum ait: *Quid cogitatis*
contra Dominum? consummationem ipse fa-
ciet, non cōsurget duplex tribulatio: quasi
diceret; tēporalis breuisq; huius vitæ tri-
bulationis medio homines sic purgabū-
tur, vt nō incurrānt sempiternā, neq; ca- Cap. 7.
dāt de tribulatiōe in tribulationē. Adhęc
S. Job pollicetur quia Deus sit nos liberatu-
rus propter sex tribulationes, cōprehēdētes in
se oēs huius vitæ miseras, ne septima,
quæ est æterna, nos tangat, aut malum
aliquid nobis superueniat, A 2 Non

Cap. 2L

Cap. 7.

4 DE TRIBULATIONE

Non intendo h̄ic loqui nec agere de pœnis & tribulationibus quas peccatores patiūtur in inferno, cō quōd nullū aduersus eas sit remedium, leuamen, aut consolatio: sunt enim adeō horribiles & stupendæ, vt ab humano intellectu ne comprehendendi quidem, multō minus lingua aliqua exprimi possint. animus mīhi solum est locui aliquantulum de angustijs & molestijs, quibus miserabilis hæc vita perfusa est, deq; fructu colligendo, nostro in hac lachrymarum valle existē re exilio. Cūm enim nos necessariō gustare oporteat, nec quīsq; ab iisdem eximi possit, expediret inuenire modū, quo ita eas deuoremus, vt non solum amaritudo nobis non noceat, aut nauſea pariat tanquam cibi male conditi, sed vt amarum etiam dulce, & frigidum calidum arbitremur.

CAPUT II.

DE MVLITITUDINE ET DIVER-
sitate misericarum quas homo sustinet
in hac vita.

Cap. 40.

Quis ergo dicturus de pœnis & tribulationibus presentis vitæ, poterit dicere númerum, aut recensere diuerſitatem? Spiritus S. apud Ecclesiasticum inquit